

derogat Summus Pontifex. Secundo est ad uertendum, quod nomine Beneficij intelligi tur etiam officiū pastorale, vt prioratus, guardianatus, provincialatus, &c. quæ inter beneficia Ecclesiastica computantur.

¶ His suppositis ad dubium respondet frater Emanuel. i. Tom. qq. regulariuni. art. 13. quod Prelati regulares [etiam habentes iurisdictionem Episcopalem] non possunt absoluere, neq; dispensare cū suis subditis Si moniacis in Ordine, cum priuilegia quibus id facere poterant per Sixtum. 5. sint iam abrogata. Neq; etiam possunt absoluere eos, & cum eis dispensare, quando ipsorum delictū est occultum virtute Concilij Tridentini: cum etiam decretū Concilij Tridentini quo ad hoc sit per Sixtum. 5. abrogatum, & per Clementem. 8. respectu eorum, que pertinet ad predi&os Simoniacos, nihil sit immutatum, vt constat, ex literis Clementis. 8. qui anno Incarnationis Dominice. 1595. pridie Kalend. Martij, Pontificatus sui anno. 5. Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolice sedis plenitudine, sua perpetua validura constitutione supradictas literas Sixti. 5. ad terminos sacroru Canonum, ac Constitutio

Y nem